mulierem ad ſe venientem ita vt nuſq̄ vidiſſet vel nunq̄ vidiſſet pulchriorem: quā cum magna admiratione et ſtupore ſalutauit et diligēter ſuſcepit. et illa oīa membra anteriora ei oſtendit et dixit. Pulchra ne tibi videor. At ille ait. Ymmo pre omnibus mulieribus quas vnq̄ vidi. At illa dixit. Conſpice me etiā retro et mox vertit ſibi dorſum: ⁊ ecce plena fuit vermibus et fetore vt ferre non poſſet. Et ille queſiuit que nam eſſet. Reſpondit. Ego ſum mūdus et ſic facio ſeruiētibus mihi: in hoc ſeculo eis bene facio et tandē poſt mortem vermes ipſis miniſtrabo et oēm fetorem ac penam infernalē eternaliter. Ex poſt ſtatim vertebat ſe iſte canonicus ab amore mulierū et toti⁹ criminoſi ſeculi ad deum ſuū. Unde Aug. O amatores mūdi nō eſt requies vbi queritis beatam vitā in regione mortꝭ. nam qui amat mundum amat traditorē ſuum. Nam mūdus dyabolo dicit hoc verbū qđ iudas iudeis dixit. Quemcunq̄ oſculatus fuero cū aliqua dignitate aut ꝓſperitate ipſe eſt quē trado vobis tenete eū et ducite eum caute: ne amittatis eū aliqua moleſtia aut tribulatiōe: qꝛ vexatio dat intellectū et facit cōuerti ad deū. nam mlr dulciter cōcipit puerū ſed cuꝫ dolore parit eū: ſic tu o mi frater cū dalida dulciter dormis ⁊ gaudēter: ſed extrema huius gaudij luctus occupabit. Et qꝛ tibi plura ſcripſi exempla de doctorib⁹: mgr̄is: cāonicis et plebanis: et quicūq̄ ſe a via mala et damnoſa vertit apud deū gratiā mox inuenit: ſed qui in malitia ſua vſq̄ in finē ſuū ꝑſeuerauerit penā duriſſimā et eternā accipiet. Elige ergo ſm tuā voluntatē qđcunq̄ volueris: aut cū tua dalida ꝑſeuerantiā et inuenies penā duriſſimā aut vite emendatōeꝫ et recipies diuinā et eternā ꝯſolationem.

Differentia inter ſacerdotiuꝫ noui et veteris teſtamenti. Capitulum. xiiij.

E St quedam differentia inter ſacerdotiū noui et veteris teſtamenti. Nam ſacerdotiū leuiticum non dicebatur regale. Unde in veteri teſtamento regnū erat quaſi per ſe ſubſtantiuū: ſacerdotiū quaſi adiacens. i. adiectiuuꝫ. In nouo aūt teſtamēto ſacerdotiū ponit̄ econtrario ſubſtantiue ⁊ regnū adiectiue: hoc eſt dicere. Regnū in veteri teſtamēto erat dignius et eminentius q̄ ſacerdotiū. Unde omēs ſacerdotes

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ꝭm legem ſuberāt regibus. In nouo aũt teſtamēto ſacerdotiũ
.i. dignitas aplica ſiue papalis dignior eſt imperiali dignitate.
In huius rei ſignũ papa habet coronare impatorem cum ſuis
pedibus. Et ratio huius eſt. qꝛ ſacerdotiũ veterꝫ teſtamēti erat
tranſitoriũ: ſed iaꝫ ad experientiã pꝫ: qꝛ iam nullũ habēt iudei
ſacerdotē. Noſtrũ aũt ſacerdotiũ ſtabit in eternũ. Unde daniel
iiij. Cũ veniet ſanctus ſanctorũ ceſſabit vnctio veſtra. Unde
aplũs ad Heb. vij. Plures facti ſtꝫ ſacerdotes ꝭm legem eo ꝙ
morte ꝓhiberent permanere. Jeſus aũt eo ꝙ maneat in eternũ
ſempiternũ habet ſacerdotiũ. Dignitas aũt regia nõ manet in
eternũ: ymmo et caracter ſacerdotij manet in eternũ. qꝛ ꝑ mor
tem nõ deletur. Unde ſi ſacerdos noui teſtamēti moreret. ⁊ re
ſurgeret: verus eſſet ſacerdos vt et ante: non aũt ſic de ſacerdo
tibus veterꝫ teſtamēti. ¶ Notandũ ꝙ primũ ſacerdotiũ fuit re
gale in Melchiſedech qui fuit rex et ſacerdos. Scd̃m fuit in
Aaron. Tertiũ fuit in xp̃o iterũ regale. qꝛ rex ſemꝑ fuit: ſed eſt
factus ſacerdos qñ carnē aſſumſit ⁊ ſe in ſacrifitiũ obtulit deo
patri. Sed ſacerdotiũ noſtrũ a criſto eſt tranſlatũ in ſanctum
petrũ dicente dño. Tu es petrus ⁊ ſuꝑ hanc petrã edificabo ec
cleſiã meã Math. xvi. Item de ordinatõe apoſtolorũ ad ſacer
dotiũ nihil vel modicũ habet: ſed de ſancto petro certũ habet
ꝙ anthiochie miſſam celebrauit: ſed potuit aplis ſufficere pro
ordinatõe eorũ qd̃ eſt a dño in vltima cena dictũ. ſcꝫ. Hoc fa
cite in meam ꝯmemorationē: vbi oẽs aplos ordinauit in ſacer
dotes et in epõs: et dedit eis et ſuis ſequētibus poteſtatē conſe
crandi ſacrñtũ eucariſtie de ꝯſe. diſ. ij. Naꝫ in primitiua eccleſia
ſine ſolennitate ordinatõis ad ſacerdotiũ ſunt ꝓmoti vt habet
diſ. lxxx. Sed tñ quod deficit in alijs ordinibus hoc impleuit
magna eorũ ſanctitas: multo em̃ maior fuit tunc ſanctitas. ſi
cut adhuc iſtis temporibus eſt in aliquibus laycis: ymmo heu
magis ꝙ̃ in aliquibus epiſcopis. Dicit em̃ Gregorius ꝙ cleri
cus in ſacris ordinibus ꝯſtitutus plus peccat in ꝯcupiſcēdo ꝙ̃
laycus in ꝯgnoſcēdo. Qui viderit. Differētia em̃ magna eſt in-
ter peccatũ ſacerdotꝫ et ꝑpli. qꝛ ſacerdos nõ dꝫ peccare ꝑ igno
rantiã: nõ em̃ licet ei mãdata dei ignorare: in ꝑplo aũt ſecus eſt
et ideo melius eſt ꝭm Aug. ſpũalia penitus obmittere ꝙ̃ indi
gne tractare. Ideꝫ ait. Nihil eſt in hac vita ⁊ maxie in hoc tꝑe

difficilius: laborioſius: periculoſius: ꝙ̄ epiſcopū ſine ſacerdotꝭ eſſe offitio. Sed apud deū nihil beatius ſi eodem mō militet quo noſter iubet impator. xl. diſ. Sed qꝛ nō fit: ideo multi ſcādaliſant in eorū vita criminoſa et ꝑ conſequēs actus eoꝝ ſpernunt: ſcꝫ miſſas et p̄dicatiōes et alios actus ſacerdotij et parrochiales. ſicut in exemplo legit̃ de quodā layco. ¶ Nam erat quidam p̄ſpiter qui prefuit vni ꝑrochie ſatis populoſe: qui erat valde criminoſe vite ⁊ multū ſcādaloſus in plebe. quidam aūt laycus nunꝙ̄ voluit intereſſe miſſe ſue ꝓpter eius lubricā vitā ꝫ et nō credebat ip̄m rectas miſſas celebrare. Qui dum in feſtiuitate in campo ſolus ambularet: plebano ſuo tunc t̄pis in eccleſia miſſam celebrāte: venit a caſu ad quendā fontem fluentē quo viſu cepit bibere modicū et placuit ſibi aqua vltra modū in guſtu ⁊ viſu: et quāto plus bibebat de tāto plus delectabat̃ amplꝰ bibere. et trāſiuit ipſe volēs videre eius originē: et cū ſic tranſiret apparuit ei quidā homo ſenex ⁊ venerabilis: qui dixit ei. Cur cū alijs criſtianis ad audiendū diuinū offitiū nō es hodie iſto ſancto die in eccleſia. Qui ait. Vere dn̄e noſter plebanus tam enormem vitā ducit ꝙ non credo ip̄m mundas miſſas et deo placētes poſſe celebrare. Ad quē ſenex. Et quid hic oparis. R̄n̄dit laycus. Dn̄e ego quero originē huius fontꝭ fluentis. nam meliorem aquā diebus vite mee nunꝙ̄ guſtaui ⁊ eius claritati nunꝙ̄ ſimilē vidi. Tunc ſenex duxit eum ad originem et fluxit fons iſte de ore canis mortui et etiam fetidiſſimi. Videns hoc laycus et expauēs putabat ſe mortē bibiſſe. Cui ſenex: Noli timere: nullā ꝫ em̄ moleſtiā generabit aqua iſta quā tu bibiſti. qꝛ ſuauiſſima et ſaniſſima eſt: ꝗuis fluat per os canis mortui ⁊ fetidiſſimi. Sic ſimile accipe de verbo dei quod tibi tuus plebanus nephādiſſimus p̄dicando: ⁊ de miſſa eius: nullum illorū coinquinat̃ de vita ſua turpiſſima. bona eſt doctria eius: ſancta em̄ eſt miſſa eius: qui ſi malus eſt: ſibi malus eſt nō tibi. Vita eius nō coinquinat offitiū qđ ſibi deus conceſſit ad vtilitatem omniū veſtrū. Fideliter ergo ſtudeas intereſſe eius p̄dicationibus et miſſis. nunꝙ̄ em̄ inquinamēta clericorū coinquinare poſſunt ſacr̄ita altaris. vim ſacramenti non mutat vita miniſtri. et his dictis ſenex euanuit. Laycus ꝟo ad eccleſiam rediens et ſuū errorem coram omnibus in eccleſia ꝯfitēs

preſpiter nouo audito miraculo ſe emendauit: ſiliter et laicus ¶ Sed orit hic queſtio Cur per os canis mortui et nō alteri us aialis talis dulcis aqua emanauit. Rñdetur q̄ ſepe in ſcri pturis ſacerdotes canibus compantur: nam ſicut in cane qua tuor bona ſunt iuxta hos v̄ſus. Iu cane bis bina ſunt lingue medicina. Naris odorat⁹ amor integer atq̧ latratus. Sic eci am ſacerdotes ydonei circa curā animarū: et ſoliciti in offitio p̄dicationis ⁊ pnie quatuor has ꝓprietates ſimiliter debēt ob ſeruare. ¶ Primo q̄ ſint in lingua medici: mulcēdo videlicet ⁊ lingendo vulnera peccatorū: iam dure: iam leuiter interrogan do peccata hoim. iam infundēdo oleum: iam vinū: iam in p̄di catione: iam in ꝯfeſſione ⁊c̄. Nam diuerſis morbis diuerſa ſtꝫ adhibēda medicamina. nam vulnera ſiue vlcera que canis lam bit ſiue lingit citius curant. ¶ Scd̄o ſicut canis per odorem nariū vulpem vel leporem aut aliā feram querit et inuenit: ſic ſacerdos more canū debet inquirere vulpinas ꝑuerſitates he reticorū et alia plurima occulta hoim in vēditionibus et em ptionibus diuerſis mercatorū et aliorū hominū fraudes ⁊ ne quitias et eos inducere ad agendū penitentiā et ne deſperent de miſericordia dei qm̄ bonus eſt deus. ¶ Tertio ſicut canis fideliſſimū aial eſſe dicitur: qr pro dn̄o ſuo et familia ſua ⁊ pe coribus domini ſui ꝯtra malos hoies et etiā lupos vitā ſuam periculoſe ponit. Sic et ſacerdos pro fide catholica et ſalute animarū: non ſolū ꝓchialium ſuorū verumetiā oīm fideliū criſtianoꝝ vitā eius exponere debet audacter. iuxta dn̄i verbū Bonus paſtor aiam ſuam. id eſt vitā ponit ꝓ ouibus ſuis. Item Johā. ait in canonica ſua. Sicut xp̄s animā ſuam pro nobis poſuit ita et nos debem⁹ animas ꝓ fratribus ponere. ¶ Quarto ⁊ vltimo ſicut canis ſuo latratu fures ꝓdit ⁊ theſaurū dn̄i ſui ipos tollere nō ꝑmittit. Sic ſacerdos fidel' canis. et cu ſtos theſauri celeſtꝫ regis animas noſtras ꝓ q̄bus mortuus ē deus et hō rex celeſtꝫ patrie. debꝫ latratu ſuo. id eſt ꝑ p̄dicatio nem ſuā et orationē fideliter repellere oēs inſidias furū. i. demo nū. ne talē nobilē theſaurū videlicꝫ aīas noſtras ad ymaginē et ſimilitudinē celeſtꝫ regis creatas. ꝑ ſuas fallacias ſeducat et ſe cum ad infernū trahat. Ne tibi dicat illud. Iſaie. vi. Canes muti nō valētes latrare. i. p̄ſbiteri deſides et ignari neſcientes

dei verbū predicare et ꝑmittētes lupos infernales oues.i.aīas fideliū cristianoꝝ auferre. O mi germane attēde diligēter quid ſcriptura dicat et fac ſicut bonus paſtor: ꝛ vigila ſuꝑ gregē tuū verbo dei et ſacra eruditiōe ſm tuā ſcientiā a deo tibi datam ꝛ decora et ꝯfirma tuā doctrinā bono exēplo et ꝯuerſatiōe ſan=cta et caſta: ne ꝓplūs tuus tibi dicere habeat ꝓpter tuā dalidaꝫ O medice cura teipm̄. Et eice primo trabem magnā de oculo tuo.i.malam illā dalidā eice primo de domo tua tuoqꝫ latere ac menſa. et tunc veniēs eice a nobis qđ vitioſum eſt. Nam val=de turpe eſt doctori cū culpa redarguit ipm̄. Et hoc de.xiiij.c.

An Publicis criminoſis ſacerdotibus ſit reuerentia exhibenda: ¶ Capitulū.xv.

q Ueritur vtrū publicꝫ criminoſis et malis ſacerdotibꝰ debeaꝛ exhiberi honor et reuerētia: cū tn̄ ſapie.xxviij. dr̄. Qui ſibiipſi malus cui bonus. Et ſm phm̄. Soli boni et ꝟtuoſi honorādi ſunt. Sed in oppoſitū eſt qđ idē phs dr̄. Honor nō eſt in honorato ſed in honorāte. Itē ſacerdos eſt vicarius xp̄i: Et ꝙuis malus ſacerdos de iure nō honoraꝛ honoraꝛ tn̄ qꝛ vicarius xp̄i. Exm̄ habes. Nam ymagines xp̄i vel beate marie ꝟginis: ꝙuis fiant de vili ligno: aut etiā luto ſiue lapide: honoranꝛ tn̄ ꝓpter illos quorū ymagines ſūt. Sic et tu malū ſacerdotē honora ꝓpter eius cuius eſt ſacerdos ꝛ vicarius. Criſtus em̄ honorauit ſacerdotes iudeorū ꝙuis eſſent mali: nobis in exemplū. Xp̄s ait. Propter bonos ſacerdotes decet et te malos honorare ne ꝓpter malos bonos cōtemſeris Melius eſt em̄ malis iniuſta preſtare ꝙ bonis iuſta denega=re: frequēter em̄ de malo hoīe bona doctrina ꝓcedit. Ecce em̄ vilis terra pretioſum ꝑducit aurum. Nunquid ꝓpter vilem au=rum pretioſum ꝯtemnitur: ſed ſicut aurum eligit et terra ꝯtem=nitur ſeu relinquitur: ſic et vos a malo ſacerdote doctrinā bo=nam accipite et mores eius prauos relinquite. Nam et apibus herbe non ſunt neceſſarie ſed flores. ſic tibi non ſunt vtiles iniquitates ſacerdotum: ſed doctrina eorū. Sed diceret aliquis Quomō poſſunt mali ſacerdotes: luxurioſi: ſuperbi: excōicati: ſimoniaci: alios mūdare cum tn̄ ꝓpheta dr̄. Ab immundo ꝗs mundabiꝛ. Et ibi. Si cecus cecū ducit ambo in foueā cadunt